

COLLEGIATSTIFT ZU UNSER LIEBEN FRAUEN IN FREIBERG.

759.

Papst Sixtus IV. beauftragt den Bischof zu Meißen, die von Kurfürst Ernst und der Bürgerschaft zu Freiberg erbetene Verwandlung der Pfarrkirche zu ULFrauen daselbst in ein Collegiatstift nach Prüfung ihrer Verhältnisse zu bewirken.

Rom (s. Peter), 1480 Apr. 12.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 32. Die Bleibulle an Bistfulen.

Sixtus episcopus servus servorum dei venerabili fratri episcopo Misnensi salutem et apostolicam benedictionem. Ex superne providentia majestatis Romanus pontifex | in apostolice dignitatis specula constitutus circa statum quarumlibet ecclesiarum, prout eidem 10 ex debito pastoralis officii cura incumbit, diligenter prospicit et intendit ac illas, prout rerum et temporum pensatis | circumstantiis in domino salubriter expedire intelligit, multiplicibus honorum extollit incrementis, per que potioribus laudum preconiiis altissimus veneretur, necnon ad illos gratiam sue liberalitatis | extendit, quos devotionis sinceritas et merita virtutum laudabiliter recommendant. Sane pro parte dilectorum filiorum nobilis 15 viri Ernesti ducis Saxonie et universitatis hominum opidi Freiburg Misnensis diocesis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in dicto opido, in quo copiosa viget hominum multitudo, est parrochialis ecclesia sub vocabulo beate Marie virginis, que de jure patronatus prefati ducis fore dinoscitur, in qua plura beneficia ecclesiastica etiam de jure patronatus quorundam ipsius opidi laicorum existunt, cuperentque ipse dux et universitas 20 ac patroni predicti pia devotione ducti ipsam parrochiam in collegiatam ecclesiam cum decanatu dignitatibus personatibus administrationibus officiis canonicatibus et prebendis ac vicariis aliisque beneficiis ecclesiasticis erigi et pro illius erectione de bonis sibi a deo collatis contribuere et sufficienter dotare, dummodo eisdem contribuentibus ac patronis nunc existentibus jus patronatus et presentandi personas ydoneas reservaretur. Quare 25 pro parte tam ducis, qui etiam in temporalibus dicti opidi dominus existit, quam universitatis et patronorum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsam parrochiam in collegiatam ecclesiam hujusmodi cum decanatu dignitatibus personatibus administra-